UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CVCVIII [i. e. CXCVIII]. De Fratre Mangoldo Magistro Pruschiae Anno MCCLXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

CAP. CXCVII.

De
Vaſtatione territorii Pokime terræ Sudovviæ.

HOc tempore de Magiſtri mendato frater Conradus de Tierberg junior Marſchalcus terræ Pruſſiæ, congregatâ omni potentia exercitûs ſui, intravit terræ Sudovviæ territorium Pokimam, & factâ deſtructione magnâ per incendium & rapinam, captis & occiſis multis hominibus, dum rediret, tranſiit cum exercitu ſuo poſt horam veſperarum glaciem illius ſtagni, quod dicitur (*a*) Negothin. Mane autem facto diſſoluta fuit glacies, ſic quod convectionis ejus veſtigium non patebat.

ANIADMVERSIO.

(*a*) Alii Nevvotin. Eſt lacus, cui adjacet lezen / diciturq; hodie lawetin.

CAP. CVCVIII.

De
Fratre Mangoldo Magiſtro Pruſchiæ Anno MCCLXXX.

FRater Mangoldus Magiſter Pruſchiæ XI. fuit II. annis. Hic fuit prius Commendator in caſtro Kunnigsberg, ubi multa bona geſſit, & factus Magiſter terræ Pruſchiæ, cum jam ferè duobus annis præfuiſſet vocatus ad Capitulum poſt electionem celebratam de fratre Burgardo de Schvvenden in Magiſtrum generalem Ordinis Domus Teutonicæ in reditu mortuus in ara.